Varianti di tradizione, e non di autore, sembrano invece le inversioni che V registra rispetto a L : a r. 22 *illius admirabiles* in luogo di *admirabiles illius*; a r. 37 *falsum me* in luogo di *me falsum* ; a r. 63 *studiis amicorum* in luogo di *amicorum studiis*. Poiché in almeno un caso l'inversione di V peggiora la qualità del testo (a r. 22 la lezione *illius admirabiles* cancella la retorica figura del chiasmo : *admirabiles illius viri dotes*) , è legittimo ipotizzare che questi minimi spostamenti di parole registrati in V possano risalire alla disattenzione del copista anziché alla volontà dell'autore. D'autore, però, potrebbe essere l'inversione a rr. 71-74 *Pogio nostro, viro doctissimo, nostro nomine salutem plurimam dicito. Aurispae etiam, viro humanissimo, gratulare meque summopere laetatum dicito quod meritis honoribus a summo pontifice ornatus fuerit. Tu velim qua sis fortuna, quid spei habeas, me diligentissime certiore facias* in luogo di *Tu velim, qua sis fortuna, quid spei habeas, me diligentissime certiore facias. Pogio nostro, v<iro> c<laro>, nostro nomine s<alutem> p<lurimam> dicito* [il codice ha l'errore *dicite*] ; *Aurispae congratulare quod meritis honoribus a summo pontifice* [il codice ha l'errore *pontifci*] *sit ornatus meque summe letatum dicito* di L. Se l'invito di Marsuppini al Pontano ad aggiornarlo costantemente sulle novità che lo riguardano potrebbe in un primo momento apparire poco opportunamente collocato dopo i saluti al Bracciolini e all'Aurispae, non si può fare a meno di notare che a spostamenti di gruppi di parole si aggiungono in V significative varianti testuali, che per lo più tendono a mettere in risalto la dottrina e l'erudizione degli amici nominati (precede V, segue L) :

<sup>15</sup> La sistematicità con cui queste varianti di natura più incerta si addensano in L, codice portatore di varianti d'autore certe, induce a non escluderle dal gruppo delle varianti possibili.

71 doctissimo] claro ; 72 etiam viro humanissimo gratulare] congratulare ; 73 ornatus fuerit] sit ornatus ; summopere] summe.

Le numerose omissioni meccaniche di *V*, inoltre, inducono a considerare errori di tradizione piuttosto che possibili varianti d'autore le omissioni dei termini *Nicholaum* a r. 8, *iam* a r. 26 e *autem* a r. 62, che pure non compromettono l'intelligibilità del testo. Fa eccezione la lezione *omnino* a r. 48, che in *V* è trascritta in forma compendiata, ma poi espunta dal testo con una sottolineatura (l'espunzione di *V* potrebbe riprodurre una forse imputabile alla volontà dell'autore, segnata in modo non chiaro nell'antigrafo).

In conclusione: alcune peculiarità dell'epistola suggeriscono che il Marsuppini possa essere intervenuto sulla lettera al Pontano, apportando alcune lievi correzioni di carattere formale in vista di una più ampia circolazione. L'inusuale lunghezza del testo, la sua natura *excusatoria* (non solo nei confronti di Pontano, ma di tutta la comunità intellettuale che deplora l'imbarazzante silenzio del poeta a proposito della morte del Niccoli), il fatto che l'epistola contenga al suo interno un brevissimo elogio dell'amico estinto e che la collazione dei due testimoni ad oggi noti permetta di individuare una serie di varianti ascrivibili con buona probabilità alla volontà dell'autore, inducono infatti a non escludere l'ipotesi che il Marsuppini, dopo una prima diffusione *ad personam*, possa aver revisionato l'epistola in prospettiva di una nuova destinazione pubblica<sup>16</sup>, e contribuiscono a rendere la lettera particolarmente interessante.

---

<sup>16</sup> Il Moschetti avanza con incertezza l'ipotesi, confermata dall'*iter* redazionale dell'epistola, che il Marsuppini, tramite il Pontano, possa aver ricevuto dagli altri eruditi che si trovavano a Bologna un incarico 'ufficiale' per comporre l'elogio funebre del Niccoli (cfr. Moschetti, «Una lettera inedita di Carlo Marsuppini», p. 378: «Se questo, a che accenna il Pontano, fosse davvero un incarico, diremo così, ufficiale, ricevuto dagli altri eruditi che allora si trovavano a Bologna, o se piuttosto esso non sia che una delle solite amplificazioni retoriche, destinata a spronare e riscaldare la volontà fredda e l'indole spesso misantropa del Marsuppini, veramente non sappiamo»).

APPENDICE I  
LA LETTERA DI PONTANO\*

Thomas Pontanus salutem dicit doctissimo viro Carolo Aretino.

Quantum mihi moeroris attulerit mors Nicolai nostri, virique omnium quos nostra aetas tulit probatissimi, tu facilius existimare potes, qui antiquum et mutuam amorem nostrum probe cognoveras, quam ego verbis explicare queam. Unum tamen scias velim : nihil mihi hoc tempore molestius, nihil acerbius accidere potuisse, tum quia eo amico orbatus sum, a  
5 quo multa ac praecipua beneficia acceperam, tum vel maxime quod, hoc viro amisso, ingentem videam doctos et eruditos homines fecisse iacturam, adeo ut eius obitu Romanae eloquentiae ac priscae eruditionis praeclarum lumen extinctum esse dixerim, non quia non supersint eruditi viri, qui dicendi artificio eum superent et quorum complurima extent volumina scripta divinitus, sed quia nemo erit qui tanta cura, tam assidua vigilantia, pace  
10 omnium dixerim, prosequatur reliquias illas ac monumenta maiorum, quae iam diu in tenebris iacuerant et quorum ille satis bonam magnamque partem sua industria ex extremis locis et de manibus barbarorum ad proprias aedes, id est in mediam Italiam, reduxerat. Quae una res vel maxime movere deberet ad luctum animos illorum, qui studiis humanitatis dediti sunt. Nam, si recte et sine livore aliquo iudicare voluerint, facile intelligent huius  
15 morte corruisse domicilium litterarum, quae hoc uno duce plurimum splendoris et gloriae consecutae erant. Sed nobis, amicis nobis, inquam, in primis lugendum est atque inter nefastos dies hic, quo vita Nicolaus functus est, annumerandus. Amisimus enim non amicum, sed parentem, non hortatorem, sed fautorem et adiutorem maximum et precipuum. Hic namque semper ope, consilio, doctrina nullum patiebatur nobis tempus  
20 remitti quin id omne aut legendo aut disputando contereremus ; huic propterea, tamquam optimo censori morum, otii rationem quotidie reddere studebamus ; conveniebamus etiam assidue domi, ut eius consuetudine et meliores et doctiores redderemur, nec tanta frequentia praestantissimorum virorum Isocratis domus celebrata fuerit [CIC., *Br.*, 32], quanta Nicolai. Quid loquar sermones suos graves et iocundos, quibus iuventutem semper  
25 ad bonam frugem impellebat? Neque minor sane voluptas erat unicuique cum Nicolao colloqui, quam fuerit Alcinoos cum Ulisse [HOM., *Od.*, VII-XIII] aut cum Nestore Agamemnoni, ex cuius ore (ut inquit Homerus) melle dulcior fluebat oratio [HOM., *Il.*, I 247-249]. Proh bone Jesu, quantam memoriam antiquitatis, quanta in omni re solertia, quanto rerum usu praestabat ! Harum sane rerum cum venit in mentem, lacrymas continere  
30 nequeo, cum talis tamque praestans omni genere virtutis vir hac temporum iniquitate a nobis desideretur. O moestum atque luctuosum diem, quo tam praeclarum virum amisimus ! O miseram mortalium conditionem fragilemque fortunam, quibus profecto nullum bonum diuturnum atque perpetuum ! Hic enim ob communem hominum utilitatem immortalitate dignus erat aut ut saltem Sibillae annos viveret. Erat quidem Nicolaus  
35 refugium bonorum, erat auxilio egenis, erat culmen litterarum, erat quidem honestatis religiosissimus cultor. Quid plura ? Nihil in hoc viro reperire poteris quod non summa laude et admiratione dignum esset ; quis igitur tam durus atque ab omni humanitate

---

\*Il testo della lettera riproduce quello pubblicato in E. Martène – U. Durand, *Veterum scriptorum... amplissima collectio*, III, Parisiis, apud Montalant, 1724, p. 739-741, con miei interventi sulla punteggiatura, l'emendazione *immortalitate* in luogo di *immortalitatis* a r. 34 e l'indicazione di alcune fonti classiche. L'epistola è qui edita per completezza di informazione, con il solo scopo di rendere più comprensibile la risposta del Marsuppini.



alienus, quis tam expers eruditionis qui non huius hominis funus lacrymis prosequatur, qui dum vixit semper recte, honeste, laudabiliter vixit? Hic etiam ad communem doctorum  
40 utilitatem bibliothecam graecis latinisque voluminibus refertam struxit suaque impensa comparavit, ex qua unicuique probo fas erit depromere quod ludebit.

Admiranda, medius fidius, liberalitas et aeterna laude digna ; sed tua erit haec provincia, Carole: tibi hoc extremum amici munus ab omnibus defertur, ut hunc virum meritis  
45 laudibus ornes atque immortalem facias. Ea enim inest tibi facultas et copia dicendi, ut hoc facile consequi possis. Mihi certe satis sit hac epistola paucis ostendisse quantum et quam atrum dolorem susceperim ex morte tanti tamque divini viri, quem parentis loco venerabar et qui mihi adiutor praecipuus fuerat ad has litteras perdiscendas ; neque tamen ita amens  
50 sum ut vicem Nicolai doleam, sed nostram potius; cum illo enim praeclare actum puto : nam et satis diu vixit. Agebat enim, ut scis, annum tertium et septuagesimum et dum vixit ita sancte egit aetatem, ut non dubitem eum, vinculis corporis solutum, ad Superos  
evolasset. Effugit praeterea humanos miserabilesque casus, qui mortalibus quotidie imminet et qui solent persaepe miseram et calamitosam efficere senectutem. Commode  
55 igitur sibi evenit, qui in summa benevolentia hominum constitutus excessit e vita, immo ad veram vitam profectus est. Nobis vero amicis incommodius, qui talem virum amisimus qualem raro habuit prior aetas et rarissime est habitura posteritas. At quoniam mortales nascimur, aequo animo ferendum puto atque eo magis quod eam felicitatem consecutus sit, quae vel maxima habetur a sapientibus : nam et bene et cum ingenti gloria diem suum obiit. Ceterum tu hanc felicitatem accumulare potes, si suis eximiis virtutibus tuis operibus  
60 diuturnitas detur, ad quam quidem rem peragendam non solum homines qui illo viro afficiebantur, sed etiam Musae latinae te orant, quarum precibus non obtemperare nefas inexorabile sit. Nihil igitur habes, Carole, quod tergiversari possis, etsi non dubitem te ad hoc munus obeundum tua sponte satis incitatum et inflammatum esse. Unum tamen affirmo : ex nulla re tantam laudem adipisci poteris quantam ex pio commemorabilique officio, quod erit certe gravitati tunc convenientissimum. Hoc a te pro antiqua veraque  
65 amicitia Nicolaus exposcit, si ullus est mortuis sensus aut aliqua cura rerum nostrarum (quae certe est). Accingere igitur ad laudem et gloriam tanti viri, quae sane tua erit et, cum rem fauste absolveris, cura ut ad manus nostras perveniat. Erit enim solamen assidui et vehementis doloris, quem tua sapientia et doctrina lenire poteris. Recte vale, decus rerum. Bononiae, IIII calendas martias [1437].  
70 Tuae academiae meis verbis, quaeso, salutem dicito.

APPENDICE II  
LA RISPOSTA DI MARSUPPINI\*

Carolus Aretinus Thome Pontano viro doctissimo pl<urimam> s<alutem> d<icit>.

Hac hora que abest haud multum a solis occasu, cum nonnullos codices qui ad eas lectiones quas publice lego pertinere videntur evolverem, puer Laurentii de Medicis, viri clarissimi, subito ostium pulsavit, quo patefacto tuas ad me litteras detulit, quibus, etsi ea oratione uteris qua me tantum laudas quantum nec agnosco nec postulo, tamen re et  
5 gravissime et acerrime me accusas quod tantum silentium mihi indixerim ut nostris familiaribus hac in re nulla ex parte satisfaciam - quo in loco tibi neque gravitas sententiarum, neque copia verborum, neque solita illa tua urbanitas defuit. Addidisti postremum indignum esse facinus Nicolaum Nicholum, virum omnium, dum vixit, mea  
10 sententia, et integerrimum et doctissimum, meritis laudibus carere idque non solum argumentis, sed, tamquam tua apud me parva que semper maxima fuit esset auctoritas, aliorum rumoribus probare conatus es - quod tibi eloquenti et iustam causam agenti facile fuit. Sed quid est negotii probare huiusmodi virum ab omnibus qui id modo facere possunt laudari debere, cum pene omnes qui id non fecerint non satis virtutum amatores (ne dicam in bonos ingrati) sint habendi<sup>1</sup>, neque eis materia deesse poterit? Etenim quid defuit quod  
15 in homine esset laudandum?

---

**Tit.** doctissimo] c<laro> L

**11** agenti *ex* facienti V

**1** hac] haec V      **2** publice] publici L      **3** ostium ] hostium L      **5** gravissime] gravissima L  
**7** sententiarum] sententiae *Moschetti*      addidisti] addisti L  
**8** Nicholum *om.* V *Moschetti*      omnium] omnes L      **10** apud] apud L      maxima *om.* V, magna *con.* *Moschetti*      auctoritas] auctoritas V, auctoritas *Moschetti*      **11** rumoribus] riunoribus L      iustam] iusta L      agenti] egenti *hac adnotatione adposita* : «Accanto ad *egenti* cod. dà *facienti*» *Moschetti*      **12** possunt] posse L      **13-14** omnes...bonos *om.* V, *hac adnotatione adposita* : «il senso qui è oscuro» *Moschetti*      **14** sint] sunt V *Moschetti*      *con.*  
habendi] habituri L V *Moschetti*      **15** in homine] in homine in homine L

---

\*L'edizione della lettera è il risultato della collazione di due testimoni. In apparato indico con la sigla V il codice Cicogna 290 della Biblioteca del Museo Civico Correr di Venezia (fol. 33r-34v, che ho potuto studiare solo su riproduzioni digitali) ; con la sigla L il codice Add. 11760 della British Library di Londra (fol. 161r-162v, che invece ho potuto consultare direttamente); con *Moschetti* l'edizione di Andrea Moschetti, edita in «Una lettera inedita di Carlo Marsuppini», *Giornale storico della letteratura italiana*, 26, 1895, pp. 377-383 : 381-383 (il Moschetti propone congetture ed emendazioni non sempre esatte e pertinenti ; talora legge male le giuste lezioni del codice V, posto a base della sua edizione). L'apparato è suddiviso in quattro fasce : la prima fascia registra le varianti che, in base alla loro qualità, appaiono più sicuramente d'autore ; la seconda fascia registra le varianti d'autore dubbie, che, essendo meno significative, non sembrano con certezza imputabili alla volontà del Marsuppini ; la terza fascia registra le varianti di tradizione ; la quarta fascia le fonti classiche. Le varianti d'autore probabili sono sempre distinte dalle certe mediante l'utilizzo del corsivo nel rinvio alla riga del testo. La *facies* ortografica riproduce quella di V ; ho inoltre adottato una punteggiatura conforme all'uso moderno.

<sup>1</sup> La lezione *habituri*, attestata da L e V, si spiega male come errore di tradizione ed è improbabile che possa essere un errore d'autore. Emendo in *habendi*, ma con qualche perplessità.

Honestis parentibus natus, clarissima patria, bona vero corporis et precipue bonam  
 valetudinem victus modestia et incredibili continentia auxit. Iam animi virtutes, quibus vera  
 laus solis debetur, huiusmodi in eo fuerunt ut prudentia, gravitate, modestia, constantia,  
 liberalitate cum omni viro sanctissimo atque honestissimo nostre aetatis merito sit  
 20 comparandus ; sed haec non tam me hortantur ad scribendum quam deterrent. Etenim,  
 cum videam me nulla ex parte parem orationem illius laudibus afferre posse, silere potius  
 consilium est quam frigide admirabiles illius viri dotes recensere. Nec tam laudis sum  
 cupidus neque tam temerarius ut, tamquam novus Cicero, antea vim Demostenis, copiam  
 Platonis, iocunditatem Socratis consequi velim quam aliquid litteris mandandum putem.  
 25 Utinam mihi data esset illa dicendi facultas quam in plerisque nostre tempestatis hominibus  
 esse video ! Nam profecto iam ostendissem quanti Nicolaum, quem ut parentem amavi,  
 colui, abservavi, semper fecerim semperque faciendum putaverim ; sed, cum viderem viros  
 nonnullos doctissimos et ad dicendum paratissimos qui illius memoriam meritis laudibus  
 ornare possent, non tam demens fui ut hoc munus illis proreptum<sup>1</sup> vellem. Nam, si  
 30 animum induxissem aut ita infantes et mutos nostros homines esse, aut tam inopem  
 amicorum nostrum Nicholaum fuisse ut me solum hoc officium posceret, crede mihi, non  
 tam ingratus et impius in illius memoriam fuisset ut me ab illius et vita et moribus  
 recensendis quoquo modo possem continuissem ; sed, cum Italiam doctissimis et  
 eloquentissimis viris iam pene refertam aspicerem eosque, qui primas obtinuerunt, summa  
 35 benivolentia et caritate cum patre nostro Nicholao (patrem enim omnium litteratorum  
 appellandum puto) fuisse coniunctos, non dubitavi quin illorum scriptis optimi et  
 humanissimi viri virtutes posteris mandarentur. Nec ea spes me falsum habuit : nam noster  
 Pogius, vir tam doctissimus quam humanissimus, auream oratiunculam nuper edidit in qua,  
 nisi illius benivolentia me fallit, tam copiose graviterque illius laudes complexus est ut (quod  
 40 nemini nostri temporis contigere posse sperabam) eas verborum ubertate et copia pene  
 exequaverit. Itaque, cum ea ad nostras manus pervenisset, continuo eam divulgavi ut illius  
 officii meritam gloriam reportaret. Quod item alios facturos puto : adest enim Leonardus  
 Arretinus, adest Ambrosius, adest Guarinus Veronensis, adest Aurispa Siculus multique alii  
 45 omnes, ut spero, illius memoriam ab oblivionis morte vendicabunt.

---

27 viros] esse L

23 neque tam] ne dicam L      26 esse om. L      28 paratissimos] peritissimos L  
 41 pervenisset] venisset L

18 debetur] debent L      21 ex parte] experte L      silere] silore L      22 consilium]  
 consilium V      frigide] frigides V      admirabiles illius] illius admirabiles V Moschetti  
 24 aliquid litteris] aliqui de litteris V      26 iam om. V Moschetti      27 fecerim] perfecerim  
 V      putaverim] putaveris V      viderem] viderim L      29 proreptum] peremptum V  
 30 et ex aut V      31 posceret] posteret V      32 illius] illis V      33 recensendis]  
 recensendis L      34 eosque] eorumque V, hac adnotatione adposita : «che non dà senso»  
 Moschetti      obtinuerunt] abtinerent L      35 patre] patri L      36 dubitavi] dubitam L  
 37 virtutes om. V, con. Moschetti      me falsum] falsum me V Moschetti      39 graviterque]  
 graviter L      40 ubertate] brevitate ex copia V Moschetti      41 pervenisset] pervenissent  
 Moschetti      45 spero ex supero V

---

<sup>1</sup> Il verbo *proripio* con significato di ‘strappare via’ ha un’attestazione in TAC., *Ann.*, IV 45 (: «eo nisu proripuit se custodibus...»). Non escludo, tuttavia, che le forme *proreptum* di L e *peremptum* di V siano due errori che derivano dalla forma *praeripio* per banale fraintendimento paleografico.

Quamobrem, suavissime Pontane, noli hac de re tantopere esse sollicitus, nec in homine occupatissimo, nec satis in dicendo exercitato velim hoc oneris imponas : nam turpe est quod nequeas capiti co<m>mittere pondus atque satius est non scribere quam male scribere. Hic tu meam eruditionem predicas, ingenium extollis. Quid? Cum in me habito, agnosco et quam sit mihi curta supellex. Sed fac esse aliquid eruditionis quantum id tibi et ceteris videri dicis : eo tamen non fit ut in hoc genere dicendi satis instructus esse debeam ; fieri enim potest, ut inquit pater eloquentiae, ut recte quis sentiat et tamen id quod sentit polite eloqui non possit. Nam quid a Chrysippo est praetermissum in Stoicis, tamen is et Cleantes ita dicendi artem scripserunt ut, si quis <non> obmutescere velit, nihil aliud legere debeat. Dices me non esse tam ineptum, tam incompositum ut cum nostrorum philosophorum infantia sim comparandus : sed si Plato ille divinus, qui non solum intelligendi, verum etiam loquendi princeps fuit, quamvis de rebus obscurissimis divinitus sit locutus, si Aristoteles, si Carneades, si Theophrastus, quamvis et suaves et ornati fuerint, tamen non satis ad genus forense instructi et parati extiterunt, quod suo studio delectati hoc contempserunt, quid mirum esset me homunculum huic generi oratorio satisfacere non posse ? Quamobrem, si quis me interroget : «Quare non scribis ?». «Quia quemadmodum autem volo non possum». «Quid ergo artem oratoriam legis ?». Cautius fortasse esset non tam amicorum studiis obsequi, sed, postquam lineas verecundiae transivi, ut oneris et impositi et recepti culpam deprecet, respondebo illud Hisocratis : «Quamvis minime copiosus in dicendo sim, tamen cotis morem facio».

48 co<m>mittere ex imponere V 65 cotis morem facio] τρῶπον τῆς ἀκόνης ποιέο L

46 in homine] mihi homini L 48 quam] quam omnino L 50 quantum] quam L  
63 postquam] posteaquam L

46 sollicitus] sollicitur L 47 hoc om. V Moschetti turpe] turpem V est. om V Moschetti 48 quod] quid V Moschetti 49 quid] quod L cum] enim con. hac adnotatione adposita : «il codice pare leggere cum in luogo di enim» Moschetti habito] hominem Moschetti 50 curta] cura V, curta con. Moschetti supellex] suplex V, supplex L 51 videri] videris V Moschetti fit] sit L 52 fieri] ficum L 53 polite] polliti L 54 Cleantes] Cleanthos Moschetti con. non, om. V L Moschetti 57 intelligendi] intelligenti L verum] vere V Moschetti loquendi] legendi L 58 Aristoteles] Aristotiles L, Aristoteles Moschetti 59 tamen] tum L extiterunt] extinerunt V quod] qui V Moschetti 60 contempserunt] contempserit L esset] esse V, est Moschetti 61 quia] quare L 62 autem om. V Moschetti 63 amicorum studiis] studiis amicorum V Moschetti lineas] lineis V Moschetti verecundiae] verecundis Moschetti transivi] tranfui V Moschetti ut] et V 64 deprecet] deprecor L 65 cotis] τρο cotis V

48-49 male scribere: cfr. QUINT., *Inst. or.*, I 5, 6 49-50 cum...supellex : PERS., IV 52  
52-53 pater...possit : CIC., *Tusc.*, I 3 53-55 Nam...debeat: CIC., *De or.*, I 11, 49 56-60 Sed...contempserunt: CIC., *De or.*, I 11, 47-49 63 amicorum...obsequi : NEP., *Att.*, 2.2  
65 ps.PLUT., *Moralia (Isocrates)*, 838e ; HOR., *Ars.*, 304-305

Sed nunc sentio modum excessisse, quod ergo studiosius feci ut hoc cum studio litterarum scribendi raritatem compensarem eoque magis quod non ignorabam te ob amorem in me singularem omnia nostra, etsi nullo cultu et ornatu essent, summa tamen cum voluptate esse lecturum, quod cum in tuis legendis itidem mihi eveniat. Queso ut  
70 crebris litteris me excites, nam in meis occupationibus nihil mihi iocundius esse potest. Bene vale. Poggio nostro, viro doctissimo, nostro nomine salutem plurimam dicito. Aurispae etiam, viro humanissimo, gratulare meque summopere laetatum dicito quod meritis honoribus a summo pontifice ornatus fuerit. Tu velim qua sis fortuna, quid spei habeas, me diligentissime certiores facias. Iterum bene vale.  
75 Florentiae, X kal. iunias [1437].

---

66 ergo] ideo *L* hoc cum studio] longitudine *L* 71-74 Poggio nostro, viro doctissimo, nostro nomine salutem plurimam dicito. Aurispae etiam, viro humanissimo, gratulare meque summopere laetatum dicito quod meritis honoribus a summo pontifice ornatus fuerit. Tu velim qua sis fortuna, quid spei habeas, me diligentissime certiores facias] Tu velim, qua sis fortuna, quid spei habeas, me diligentissime certiores facias. Poggio nostro, v<iro> c<laro>, nostro nomine s<alutem> p<lurimam> dicito ; Aurispae congratulare quod meritis honoribus a summo pontifice sit ornatus meque summe letatum dicito *L*

66 nunc] iam *L* studiosius] studiosus *L*

71 dicito] dicite *L* 73 pontifice] pontifici *L* qua] quam *V* 75 Florentiae, X kal. iunias. [1437] *om. L*

## BIBLIOGRAFIA

BIANCA C., «Niccoli Niccolò», *Dizionario Biografico degli Italiani*, LXXVIII, Roma, Istituto della Enciclopedia Italiana, 2013, p. 315 (disponibile *on line* sul sito [www.treccani.it](http://www.treccani.it)).

MANZONI L., «Tommaso Pontano. Spogli d'archivio», *Giornale storico della letteratura italiana*, 32, 1898, p. 139-147.

MARTÈNE E., DURAND U., *Veterum scriptorum...amplissima collectio*, III, Parisiis, apud Montalant, 1724, p. 739-741.

MOSCHETTI A., «Una lettera inedita di Carlo Marsuppini», *Giornale storico della letteratura italiana*, 26, 1895, p. 377-383.

PIERINI I., *Carlo Marsuppini. Carmi latini. Edizione critica, traduzione e commento*, Tesi di dottorato di ricerca in Civiltà dell'Umanesimo e del Rinascimento, Università degli Studi di Firenze, 2011 (tutor : D. Coppini ; coordinatore : M. Regoliosi), c.d.s.

PIERINI I., «Il carteggio privato di Carlo Marsuppini», relazione tenuta al *Convegno di studi internazionale Pio II nell'epistolografia del Rinascimento (Pienza-Chianciano Terme, 18-20 luglio 2013)*, c.d.s.

PIERINI I., «L'occasionalità nella poesia di Carlo Marsuppini. Il caso dei carmi indirizzati a Tommaso Pontano», *La Muse de l'éphémère. Formes de la poésie de circonstance de l'Antiquité à la Renaissance*, par A. Delattre – A. Lionetto-Hesters, Paris, Classique Garnier, c.d.s., p. 37-57.

PIRRI P., «Le notizie e gli scritti di Tommaso Pontano e di Gioviano Pontano giovane», *Bollettino della Regia Deputazione di Storia Patria per l'Umbria*, 18, 1912, p. 357-496.

SABBADINI R. , «Briciole umanistiche. IV Tommaso Pontano e Tommaso Seneca», *Giornale storico della letteratura italiana*, 18, 1891, p. 216-241 : 224-230.

VITI P., «Marsuppini Carlo», *Dizionario Biografico degli Italiani*, LXXI, Roma, Istituto della Enciclopedia Italiana, 2008, p. 14-20.